

Alimentum sertim florum spinis armatorum. Habet autem pulcherrimas pennas, quarum
huius auis melius illius est imágines conficiendi picturis simillimas, & alia huiusmodi precij
quæ magni opera.

Rechus noster, hoc ipso *Mexicanus* voluminis sui, quod
nunc primum mundo publicamus, libro 9. cap. 11. Auiculas plurimas sub
Hoitzitzil nomine, & pictas exhibet, & calamo describit, cum quibus magnam
hæc nostra vt corporis effigie, sic nomine similitudinem gerit. Hæc sola in-
ter vrasq. est differentia, quod nostra præter vrasq. communem appellatio-
nem *Hoitzitzil*, additur vox hæc *Tototl*, quamvis & illis septem differentibus
vnius speciei aubus, sua differentia etiam nomina dentur à *Recco*, quæ tamen
& illas sit.

Rationes cur conser-
viantur.

Prima.
Secunda.

In hoc omnes videntur conuenire, quod sint *Hoitzitzil*. Quapropter fere adi-
gor, vt credam, hanc nostram auem quæ sine historia hic prostat, ad illas re-
ferri posse, de quibus loco laudato singulare caput *Rechus* scripsit. Licet enim
ibi colores non enumeret, sed varios solūmodo esse dicit, quare & auem
illam latinè *variam* nominat: creditamen potest, eas huic nostra haud ab-
miles esse, cum & ex illarum, & nostra pennis ac plumis, artificum *Indorum*
industria, imagines elegantissime construi dicantur. Et cum his verbis caput
illud concludat: *Plures sunt harum auicularum differentiae, colorum varietate ac cor-*
porum distantes magnitudine. Eæcum est credere & nostram hanc, licet picturæ
grandisculam, in illarum classe locum habere. Confirmat hanc opinionem
mean, quod Fr. Petrus de *Aloaysa* dixerat, hanc nostram sola florum me-
diulla nutrit, & *Rechus* asperat, suas illas ramas solūmodo esse su-
perstites, quamdui melleigenarum herbarum flores ex quibus aluntur, per-
durent.

In mentem itaque venit, an non affinitate quadam hæc nostra auis & à
Recco enumerata varie seu picta, attingant illam, quam *Carus Clusius* Exoti-
corum lib. 5. cap. 2. describit, que *Ouifisia*, sive *Tominejo* appellatur. De hac
videtur he noſtra aues cum de *Mexicana* roris expugnatione scripsi, *Viciclin* eam auiculam (quæ alijs tempe-
tame *Ouifisia*, & *Tominejo*, & *Paser* mosquitos, & *Conambach* dicitur) nominare vide-
tur. Maximè inquit, admirabilis est in noua Hispania auicula invenit dicta *Viciclin*,
in corpore non maiore quādam *Crabronis*, oblongo & gracili rostro: melle rore & florum
succo alit, rosa tamen non insidet. Eius penna valde exiles, elegans mixta coloris;
Hoc dici à *Phrygionibus* admodum expedita, ut aureis staminibus intertextant, præsertim illa-
tur sex mē-
fibus arbo-
ri affixa,
dormire.
que in collo & pede nata. Expirare, sive obdormiscere creditur *Octobri* niente, pedibus
aliquo ramo appensa, aprico loco: renasci autem sive expurgari. Aprili multis flori-
bus iam vigentibus, propterea *Renata* vocatur. Qui plura de hac nosse velit, ipsum
adeat *Clusium*, vel ipsos potius oculatos testes consulat, quos ipse citat *Con-
saliuum*, *Ferdinandum Ouedum* cap. 48. Iui *Summarij*. *Augustinum Caratum* lib. 1.
cap. 8. *Hist. Peruana*. *Iosephum à Costa* lib. 4. cap. 37. *Theuetum* cap. 48. *Singul-
larium Francia Antarcticæ*, & *Ioannem Lerium* cap. 11. *Hist. Americanae*.
Conueniunt mehercle omnia quæ modo retuli, cum *Recco* nostri historia,
quæ suis illo *Hoitzitzil*, sive aubus varijs tribuit, de somno præcipue illo quo
arbore affixa pluribus detentæ hærent mensibus, nee nuga sunt, inquit; aut
eniquam

eniquam debet esse dubitatum, sernata quippe est non semel auis stipiti affixa intra cu-
biculum, & cum sex menses exanimis pependisset, quo tempore sibi natura compara-
rum est, renovat, at demissa in vicinos agros volitauit.

Sed de mirabili hac & pusilla auicula, ea quoque commemorare libet, quæ
Fr. Gregorius de *Boliviar* mihi pro certissima historia communicauit. In mul-
tis, diebat ille, prouincijs ac Regionibus Indiarum tam *Nova Hispania*, regio-
nis *Peruana*, *Braſilia*, & *Guinea*; quæ *India Orientalis*, in *Insulis Philippinis*, &
alijs, numerosa est diuersitas magnarum auium & paruularum, varijs colori-
bus distinctarum. Quapropter cum de paruulis agamus, quas in suo libro re-
set *Nardus Antonius Rechus*, quæ in *Nova Hispania* reperiuntur, dico rela-
tionem eam quam de illis habet, quæ sub nomine *Hoitzitzil* depinguntur, à
veritate nequaquam alienam esse: excepto tamen, quod illæ omnes, quarum
septem sunt, ibique à *Recco* referuntur, eam proprietatem non habent, ad ar-
borum corticaua confugiendi, ibique per sex menses hæc mortuas, vel qua-
si mortuæ videantur, latitandi, rostellisq. suis in arborem defixis, si finiter in-
hærendi. Ineunte autem vere, reuinifcere, alimoniamq. sibi quærere ex mel-
le, quod in arboreum, plantarumq. floribus delitefecit. Quoniam primum hoc,
quod dictum est, videtur tantummodo verum esse, in illa specie auium, quæ
minima est omnium, & à *Peruanis Tomin*, vel *Tominejo* appellatur. Reliquum
vero, quod de illis commemorat, certissimum est, quodq. ex eatum penitus
preciosas vestes & imagines conficiant & elaborentur. *Tomin* itaque autem
la est adeò parua, ut nulla in orbe vniuerso minor reperiatur. Eius magnitudo
est instar *Crabronis*, varijs perfectissimisq. depicta coloribus. Pedibus admo-
dum pusillis & curtis. Est ex his aliqua, quæ cædum curtam habet, & ro-
undam pipionum more; alia vero tam longam & completam, ut bis, terue
longitudine sua reliquum totum adæquet corpusculum: In hac tres vel qua-
tuor sunt penæ colore precioso variegata. Rostrum habent longum, tenuue
ac delicatum, & lingua instar acus, quam dum proferunt, duplo est, quam
rostrum, longior. Hac mel extrahunt ex occultiore & profundiore centro
florum, etiam si *Lilium album*, vel flôs etiam oblongior.

Et quemadmodum *DEVS* & *Natura* neque in minus utilibus abundan-
tiæ, neque in necessarijs defectum monstrare voluerunt, sic etiam huic au-
icula idonea pro alimentorum fuorum acquisitione, instrumenta procrea-
runt, lingua inquam, longissimam, qua ad intima florum penetrare pos-
set; & mirabilem hanc facultatem concesserunt, ut ipsa rei nulli inhærens, in
aere saltam libero volitando, persistere camen & ex floribus, sursum deor-
sum ubi velit, illis haud quaquam innitens, lingua exerta melleum lambere
rorem, pro illo temporis spatio, quo indiger, valeret.

Alas autem tanta perniciitate mouet, ut visu percipi motus minimus possit; quin
alis potius carere videatur, & vel tam exile corpusculum, absque alis subfi-
stere appareat. Sic autem in aere suspensa, & ad partem inferiorem superio-
remq. floris conuersa, liquorem illum rostelllo colligit, & lingua suâ quam
deducit eō vbi necessarium est, suffurat. Tanta autem velocitate ex una ar-
bore ad aliam, ab uno loco ad alterum se confert, ut in hoc reliquas aues an-
tecellere

Somnum
huius aui-
sciam in-
fus cogno-
scit *Recc-*
chus.

Fr. Grego-
rij de Bo-
liviar de-
hac parua
auicula
historica
relatio, au-
thori com-
municata.

Sola illa
parua au-
icula ita
dormit.

Hæc gra-
phæ de-
scrribuntur.

Lingua
longam
valde ha-
bet, qua-
mel exu-
git.

In aere he-
rens nec
floribus in
sistens ex
illis mel fa-
git.

Alas celo-
rime mo-
ueret.

tecclere & superare longè videatur vniuersas, & ipsa volans oculis sēpissimè percipi minimè possit.

*Hæc sunt p̄cipua quæ de huiusmodi auiculis *Tominejos* nuncupatis, dici possunt. Reliquæ species dictum hunc modum insequuntur plus vel minus, pro earum corpulentia vel natura, quamvis maxima etiam illarum, crescendo nunquam attingat medietatem minimæ auiculae, quæ in *Europa* inueniuntur.*

Hæc Fr. Gregorius.

*Quæ de
hac ave
amplius
examiner
possent.*

*Duo sunt, quæ ampliorem hic disquisitionem mererentur. Primum, quo-
modo hæc avis solo melleo florum liquore pastuq. cibetur? Alterum, qua ratione tot mensium inediâ macerata, superstes tamē adhuc arbori adhærescat?*

*Veruntamen hæc cum altiora sapient principia, quæ hoc loco examinare opera minimè est primum, ad alia transeamus æquum existimo, cum præ-
fertim de mellis ex floribus haustu, naturâ, & fabricâ, succinctè quidem, sed
neruose, & solidè dispaurauerit *Princeps Casius* noster, in *Apario suo Romæ* typis
expresso, quod confuli potest. De fame verò diuturna, quam varia suffere
innoxiæ animalia possunt, si temporis permiserit angustia, aliquid inferius,
vbi *Chamaeleonis* dederò historiam, delibabo.*

*Aristoteli
notissimum
fuit aues
quadam
hyeme oc-
cultari.*

*Hoc unum nunc reticendum haudquaquam censeo, Aristoteli minimè igno-
tum fuisse, aues quasdam hyeme abdi, & occultari, inter quas lib. 8. cap. 16.
de hist. An. p̄cipue *hirundines* numerat. *Iam enim vija sunt, inquit, multe hi-
rundines in angustijs conuallium nude, atque omnino deplumes.* Scaliger ad hunc*

*locum. Sed & in cauis arborum, sit, deprehensa sunt aliae aues apud nos nude, idque
hyeme. Mutant enim quotannis aues plumas, idque aestate. Natura sapiens, cum
plumas aduersus frigoris incommoda condidisset, non abstulit eas per frigus. Atqui
nos scimus eas qua hyeme se abscondunt, hyeme plumis spoliari. Hunc eun-
dem Aristoteli textum explicans *Augustinus Niphus*, hæc habet. Vnde ut Al-
bertus inquit, iam vija sunt *hirundines*, que in concavis arborum se considerunt, &
spectatum est in Germania in sylva quadam, ubi queru putridâ incisa inuenitus est
cumulus *hirundinum* deplumum. Nec solum Albertus hoc probauit, sed *Pompeius Co-
lumba vir maximus rerum naturæ rimator*, sed idem in Germania reperiisse in concave
ciujsdam arboris in imo fluminis exorte, testatus est mibi.*

*Hirundines
sub aquis
latifrons
Gallaeus
in Germa-
nia vidit.*

*Et quando iam Germania facta est mentio, prætermittere haud debeo, quin
pro rei huius confirmatione, & illa producam, quæ *Fortunius Licetus* lib. 3.
cap. 10. de his que diu viuunt sine alimento, annorauit. Afferenda huic sunt, inquit,
que de natura *hirundinum Germanicarum* mihi resulit *Mathematicus insignis*. Ga-
llilæus, fratrem nempe suum in Germania flagravit hyeme, ruidiſe retibus à p̄scatoribus
capitas congeries multarum *hirundinum*, pedibus, rostro & alijs miris in modum ad
inuicem consarcinatarum, que in thalamis sepidioribus comportata, quasi reuixentes
mouerentur primū, sc̄e expediri posita, mox etiam avolarent: audisseq. ab ingolis
aduentante hyeme, quotannis *hirundines* in ea regione, aeris inclemantium fugientes,
non in remotissimam inde *Aphricam* (quod efficiunt Italicarum plurime *Lybie* &
siiores) sed multis, ut dictum est, in unam congeriem colligatas, sub aquas demergi,
ubi minus sequit hyemis, atque ibi latere ad vernum tempus simanimes.*

*Addam & ego aliquid ex Germania nostra ab ocularo teste *Theophilus Mol-**

tore

*tre Lynceo de Cuculo mihi relarum, finiamq. Hoc itaque sibi domi suæ conti-
guis affirmabat. Cum famili etenim avi paterni sui in prato quodam *Salices*
verutas, aridas & arboreas eradicasset, domumq. vexissent, & dñs earundem
capita in fornacem, pro calefaciendo hypocausto coniecerunt, audiuerunt in
codem hypocausto tertia vice *Cuculum* cantantem. Admirati hæc *Coccygis* hy-
eme vocem, exeunte, & capita *Salicum* e fornace extrahentes, in altero se quid-
pam motitare animaduertetunt: quare arreptâ securi foramen aperuerunt, &
immisâ manu primum pennas meras extraxerunt, postmodū viuum quoque
animal arripterunt, hoc est ipſissimum *Cuculum*, vegetum quidem, sed nu-
dum ac pennis omnibus exutum spoliatumq. & comeatu planè destitutum:
quem pueri gesticulantes, per biennium integrum in hypocausto enutrierunt.*

*Theodo-
lus Mol-
tor Cucu-
lum pénis
spoliarum
in arbore
latianem
vidit.*

AVIS MEXICANA

Pſittaci colore.



IO. FABRI LYNCEI DESCRIPTIO.

*Æc avis statim in rostro, (quod aduncum nonnihil &
cineritum est torum) inferiore parte ad caudam usque,
hōc est in ventre toto minij colore rubet: qui idem color
fursum per vropygium, ad dorsum porrigitur, nisi quod
alarum versus principium cum vitore rubor confundatur,
qui ad ipsum ita collum protenditur, quod omnino vire-
scit. Caput autem amethystino, aut hyacinthino colore
diluitur. Circulus qui pupillam ambit, valde albet, orbita vero oculi est caro-
lei saturati coloris. Vbi sumunt principium alæ, color est subluteus. Se-
quunt primus pennarum in alijs ordo cum secundo & tertio, dicti hyacinthi-
ni coloris. In medio ramen harum pennarum circumferentia intercurrit, li-
nearis subuiridis usque ad finem. Cauda tota est amethystini coloris absque
vividitate, dilatioris ramen versus finem. Pedes, qui tres ante & unum retro
digiti habentes, inter cinereum ac violaceum ambigunt.*

ooo

AVIS

AVIS ANONIMA.

None Hispania.



IO. FABRILYNCEI DESCRIPTIO.

ROSTRVM imprimis aduncum satis, & nigri admodum coloris est. Nigerimos quoque oculos ostendit. A rostro ad verticem cæruleus color emicat. A collo vero per dorsum integrum, ad caudam usque ex nigro & viridi commixtus scintillat. A rostro autem inferiore per ventrem luteolus color cum albicantibus quibusdam maculis hanc auem venustat. Alæ sunt viridis saturationis coloris, maculis tamen eiusdem coloris, sed longe dilutioribus, hinc inde pulchre intercurlantibus. Cauda similis cum aliis est coloris. Tibias pedesq; fuos habet, & vngues digitosq; prælongos, tres anterius, & pone unum.

SCHOOLIA EIVS DEM.

Quod ex sacratissimo suo ore salutis æternæ reparator nostra Christus Matthiae sexto capite pronunciavit inquiens: *Et de vestimentis quid solliciti es?* Considerate lilia agri, quomodo eruantur non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut rurum ex ipsis. Hoc æquissima nos ratione de aibus quoque prædicare possumus, quas Deus in nouo præcipue orbe, tam speciosis ornauit pennis, tam varijs distinxit coloribus, tam splendide & superbè vestiuit, vt Persiani olim atque Mexicanani Reges, ex pulchritormibus earundem plumis, regalia sua parauerint penne in indumenta, easq; argento, auro, gemmisq; longe prætulerint, & hodieq; illius orbis habitatores, perizomata, & insignia capitis ceteriq; corporis sui ornamenta,

Anes spis-
diæ à Deo
vestita.Avium pul-
cherimæ
penne in
nouo orbe
auro præ-
feruntur.

menta ex his elaborata gestent, aulæ & tapetes texant, clypeos, gladiosq; suos ornent, & miro artificio vensilia ex his varia construant. Quin in locis quibusdam mercatura publica plurium dierum ex hisce exercetur, & apud Mexicanos nundina ex aibus instruuntur, qua cum ad viatum, tum ad opera plumarria coemuntur.

Sed & quicquid pictores penicillo tentare valent, hoc ipsi Apellæ planè arte, paruis plumulis æmulantur, & ex his variarum icones rerum, plantarum, inquam, animalium, hominumq; effingunt, qua ad nos quoque deferuntur. Veluti & magni valoris, elegantisq; decoris tabulas aliquot, ex pennis elaboratas vidi in *Summi Pontificis* cubiculis, qua *Christi* & *Sanctorum* imagines repræsentant, tam ab *Occiduis*, quam *Eois Indijs* huc transmissas.

Verum & ad Germanos quoque plumatilis hæc ars iamdudù transiit, quandoquidem domi meæ habeo ex minutissimis plumulis, aviumq; villis, varijs generis auiculas, tam concinnæ compositas, tam veris expressas coloribus, inter quas & *Pstacu*s triumphat, ut ipsa te vias contemplari, & tuis palpari digitis putares, gestiresq; volucres, non quidem in pictura adumbratas, sed statuarum ritu solidè exstantes. Has cum ego olim *Scipioni Cobelluio Cardinali* amplissimo, doctissimoq; Bibliothecario Apostolico (cuius vt ego semper religiosus cultor exsti, sic ipse me vnicè amavit) monstrarem, proh Deum immortalem inquietabat, & quò non humani ingenij industria peruidit? In quo artificio Europæ, ino Americani quoque omnibus palmam longè præripiant, industrij & dexterimi *Auguste Vindelicorum* incolæ, Vrbis Germanie totius, dixerunt, nitidissimæ, amoenissimæ, & ingeniosorum opificum feracissimæ, ne quicquam nunc dicam de literarum bonarum, variarumq; linguarum, quibus habitatores eius plurimi pollent, cultu & exercitio: de splendore nobilitatis, in qua præter ceteros illustrissimi *Comites Fuccari*, religionis Catholicæ assertores ibidem florent: & de regime Reipub. illius, in qua non ita dudum *M. Velerus Lynceus* eiudem *Duumvir sapientissimus*, Vrbi & orbi notissimus, & rei literaria illo seculo *Triumvir dominatus* est.

Ex eadem igitur Vrbe prædictas dono accepi auiculas, cum raris alijs musculis à *Gregorio Aichinger* ibidem Canonico, ob musicelq; præstantiam Germania *Orpheo*, & ob incorruptam triginta annorum amicitiam nostram, vero meo *Pylade*.

Sed misso antilogio ad rem accedamus. Hanc itaque, quam præ manibus habemus auem in earundem venustissimorum colorum, classe volucrum, collocandam esse automo: ex quarum pennis & olim se *Americani* ornauerint, & eas nunc quoque maximi faciant. Quæ autem hæc avis sit, & quo nomine decoretur, cum ignarissimus equidē & ego ignoro. Cum huius nec nomen, nec historia in nostro autographo vlla existat. Malui tamen *Pstacu*s eam, quam alij associare alitibus, si colorem saltet spectes varium & pulcherrimum: Nam si rostrum aduncum magis haberet, & pedes in duos tantum, ante retroq; digitos fissos gereret, iam quin omnino *Pstacu*s appellaremus, nullæ penes me dubitatio extaret. Hoc enim *Pstacu*s omnibus, at non solis competit. Ast notaui ego hoc sedulò, quod à nemine scriptum reperio, ipsos nempe

Ooo 2 psitta-

varia pa-
ratur ex
his vensi-
lia.Ex his pu-
blicè mer-
caura
exercetur.Et imagi-
nes pul-
cherimæ
concina-
tur.Germani
quoque no-
rum hanc
artem pla-
matilis.Author ha-
bit varias
auiculas
arte ex plu-
mis elabo-
ratis.Scipio Car-
dinatis Co-
belluus.Auguste
Vindelicorum
encom-
ium.Gregorius
Aichinger
Germania
Orpheus.Car. autis
hac nostra
ad pittat
cos perti-
nere videa-
tur.Quomodo
pictaci mo-
do duobus
modis tri-
bus pedum
digitis ve-
tantur.

pictacos, quotiescunque gradiuntur, ascendunt, descenduntq. per clathras suas duos pedum digitos ante retroq. porrigeret, ubi vero cibum capiunt, & ori ad mouent, tribus hunc digitis carpere, stringere & ita strictum tenere, donec rostro comminuerint, & degluthierint. Et quod mirum videri queat, maiorem posterioremque. digitum tam dextrè antrosum, retrosumq. flectunt ac mouent, ut te nescire fatearis, an Natura illam magis ad gradiendum posterius, an ad vescendum anterius, vtendum voluisse creauerit.

Quod autem tam minores quædam, quam maiores psittacis aues, ob similes ferè colores ad psittacos referri soleant, licet tales minimè sint, ex Ulyssis Aldrouandi lib. 11. Ornithologæ disco. Nam cum in vîraq. India, inquit, quam plurimæ aniculae minutiore reperiuntur, & multiplici colorum varietate band. Ieius atque psittaci picturata, certè barum specie prima fronte multas ab initio descriptas suis se constat, quod eas à psittacis minusculis agere dignoscerent. Tales suo loco sub nomine paserum Indorum aliquot describentur. Et paulo inferius subiungit. Ad psittacos etiam, quam ad aliud avium genus potius referenda sunt, quas in India teste Iosephi à Costa Guacamaias vocant, aues psittacis maiores, sed colorum diversitatis venustatellis per omnia similes. Operam hic ego prorsus luderem, & post Apellem pingere velle viderer, si quæ idem Aldrouandus à Ioanne Bittnero Germano (vt ipse fuisse ingenue fatetur) egregie adiutus, exquisitissimè, tam in psittacorum differentijs enodandis, quam in capitib. totius & lingua præsertim atque loquela organis corundem anatomicè explicandis, polteritati consignauit, vel renouare, ac velutati Crambem bis coquere hic tentarem, vel plura nouaq. magis attestare existimarem. Si præcipue Carolus Clusius in Exoticis suis quoq. consideratur, qui nonnihil post Aldrouandum adiunxitse vilis est, ad quos ambos benignum ego lectorem meum ablego.

**Quæ Ro-
ma ab au-
thore in
pictacis
obseruata.** Ne tamen mori nostro morem non geramus, hoc est, omnino nobis diffi-
ciles atque Laconici prorsus iam fiamus, quæ hic *Rome*, de pulchritudine,
falsem, & humani sermonis imitatione, nobis in *Pictacis* quibusdam obser-
uare licuit (à duabus enim his dotibus, animi, vt ita dicam, ac corporis, verè
laudantur) & nos proferamus, æquum iudico.

Maximus & pulcher
ritus ab authore
vitus fuit
Roma a-
pud Cardi-
nale Ma-
drinum. — Egregia magnitudinis sanè ac pulchritudinis, cæteros, quos Roma videre
potui, antecellit *Phasac*, ille, quem S.R.I. Princeps, & S.R.E. *Cardinalis Madri-*
nus omni cultu à me honorandus alit, *Phasianum* masculum non adæquans
modò, sed superans etiam. Quatuor enim spithamas, seu medianam cannam,
ut Romani nostri vocant, quæ quatuor est palmarum, ferè superat, si à summi-
tate rostri, ad imum caudæ mensuram extendas. Hic coloribus tam variè bel-
lèque pictus est, ut octo diuersos in toro eius corpore facilè numerare valeas,
rubrum nempe, viridem, luteum, subluteum, albicantem, nigrum, cæruleum,
subcæruleum, quem etiam colorem venetum, siue marinum appellamus.

Descriptio
huius pha-
taci. Hic ipsissimus est, quem Aldrovandus inter *Pitacorum* species, secundo loco
enumerat, & *Pitacum maximum alterum* vocat. Rostrum pars superior alba &
& adunca valde, inferior nigra est. Circa oculos, qui subuiridem colorem
ostendunt, campus apertior & tempora albicanitia. Caput, gula, pectus, dor-
sum, venter, femora, alarum principia, omnia pulchro ac puniceo colore ruti-
lant.

lant. Et ut reliqua Aldronandi potius aptissimis, quam meis verbis dicam. **D**igne cauda, inquit, tota superne pulcherrimo colore puniceo decoratur. (Addo ego extrema subcæruleo, mixtoq. ex rubro ac cæruleo elucere) **S**ed & remiges pen-
na interiore parte simili colore puniceo rubent. Remigum tegetes, secundo in aliis ordine
luteo sunt, puniceis marginibus, cæruleo velut ocello prope apicem ornatae. Remigum ex-
terior superficies, & tropygium infernum saturo cæruleo colore tinguntur. Crara brevia
ac pedes, digitis oblongis, vnicis unguibus armatis composta; fusca seu cineritio obscura.
Putacum hic heri sui nomen, quod *Carolus* est, saepè ingeminat, sed præter hoc &
Papagalli vocem, pauculas profert alias. Olim plura loquebatur, musicales
notas proferebat quoque, vi, re, mi, fa &c. nunc ætate proœctior, viginti nempe
duorum annorum, pleraq. obliuioni tradidit.

Ad hunc coloribus & corporis mole (nisi quod caudā iam, quæ prælonga
erat, mutilatus sit) accedit ille, qui apud illustriss. Cardinalēm Carolū Ema-
nuelū Piūm Principem verè magnificum, & præter prudentiam, qua maxime
pollet, physicis quoque, mathematicis & alijs amērioribus studijs excultissi-
mum, conspicitur. Veruntamen virium robore priorem hic superat. Cum
enim liberimè nuper in cubiculo quodam deambularet, paucis rostris sui du-
risimi mortisbus ligneum quandam sedis pedem ita vulnerauit, ut illum mor-
dicus quasi disruperit. Vnde Oppidus etiam monet, non in lignis caueis,
quas rostro corneo suo exedit, sed tertis eū seruari debere; quæ nec ipsa quanti-
doque illæst̄ permanent. Hic ob loquacitatem olim herois up chatus, non ne-
scio an ob senium, an ob desuetudinem plurimas certe humani sermonis vo-
ces dedidicit. Iob 7. 14 non ob se invenit non in mundo inuenit insimiliorum
Et his similis planè Psittacus apud Ampliss. Cardinalē Scipionem Burgesium
videtur, qui varia alia in amēriſimo Suburbano prædio suo ali curat anima-
lia. Hunc cum liberè expatiari permittat, coerceri tamen ferrea catena fessi-
libram pendente pedi affixa, mandat, quam facile trahit non solum, sed non ra-
ro etiam perrumpit. Quod & ipsum insignem ausi fortitudinem demonstrat.

Sed cum hi omnes veterum p̄sittacum ab Aristotele, Plinio & Solino mem-
oratum, coloribus & facie sua haud quaque agnoscant: hinc sit, ut di qui po-
tius Coruos Indicos (nescio quām bene) quām P̄sittacos appellare maluerint ma-
iores hos, & versicolores. Antiquorum enim ille viridis totus fuit, torque tan-
tum miniacino in collo notatus, quod preter Plinii etiam Apuleius monstruit
his verbis. Sed color ille est viridis, ait, & intimis plumis, & extimis palmulis,
nisi quid sola cernue distinguatur. Enimvero cernuca eius circula mineo rutilat aurea
torque, pari fulgoris circumactu cingitur & coronatur. Vnde & viridis avis, quasi
per artroniam siam olim a poetis dicebatur.

*De hoc pittaco Statius lib. 2. Syl. upon v. innotescit. quod est
Pseacus ille plaga viridis regnator Eos,
Quem non gemmata valuris Iunonia, cauda
Vinceret, asperetu gelidi non phasidiales v. dantur.
Et hoc encopium longe vetius, nostri temporis, & à me iam commémora-*

Sed audio Arisarchum. *Julium Caesarum Scaligerum*, in Exercitation. suis

Sed audio Arilarchum, Tunc Caesarum Stangerum, in Excitatione his
Gente

*Cardano, mihi, illisq; omnibus qui in *Pistatis*, pulchritudinem agnoscunt, ob-
negat pnt-
tatem esse
pulchrum.
streptem. *Aui enim haec*, inquit, *non admodum pulchra.* *Nihil inquam pulchri-*
prater oculos. Caput excrevum super modum indecorum.*

Crura sedifissa. Lingua nibil surpis. Quin etiam fusca sine diversitate color emit-

*minor nullus, ne a colore genus comitandes coniuersum. Sed aequum fuit hic quoque
Scaligerum querere, quod reprehenderet in Cardano, ne scilicet Scaliger*

Cui Aldro-
vandus fal-
sè respon-
det Quare Aldrovandus laudato iam supra de Pistacis loco, hinc Momo respo-
det his verbis, & Cardanum simul ac nos rueret.

Quod si hoc viris; doctis vultuere solet; quid de indoctrinis censas & quibus
minime penitus est; in philosophia & rerum naturalium historia; sive
de que omnia habere; & prohibitu suo; qui quid in mente ipsius; in bluca;
ac pennam venit; chartis illinet; mod oris viris se magnisi opponendi causam
sibi dari; & aliorum crescere; argue clarescere se homine posse; ita prae-
dicent. Adeo scripturam diu; hoc a membris caluminis natum; fortunam q. caco-
thes; seu scabies quadam exstiterunt.

Potera Scā
liger erā
Ponem
tū turpē
dicat
cōstatib
illa pī
mī aī
mī aī
mī aī
coloris appāreant. Attamen cum lūas explicat alās; & surrigit vīropīgūm.

In qua dies aureo fudit Oppidane verterebat.

Non secus ac se alii tunonis Pano superbos
Cauda versicolor decorum corpus obumbrat.

Quo nihil ipsa leuis prudentia. Salma voluptas. Aetere voluntate. Putebrius aspectu more libris ante creauit.

Quippe sibi tanto praeclara forma inducere Tigris.

Si tam excellentem igitur veteres Psuaco Iudeo, viridi prossus et aerea et a

aui, formam gratiamq. tribuerunt, ut nequid à Phafiano, nequid à Paione, illum
vinci putarent, quid de maioribus his nostris pulchricolotib[us] fuit tam O-

centales, quam Orientales nobis iam Indiæ initio, dicturos esse eos, si
vñquam vidissent, existimabimus.

Sed neque adhuc defit ad nos adserri. Alexandri magni etate notus, & Romanis olim non infrequens, Psittacus quem appositiissimis rationibus rescripsit.

*scribit Aladronandus, cuius delineationi ad vnguem vidi similem. hoc ipso rem-
- carum*

porē, quo hæc commentaria édo, apud Excellentissimam Principis Casii nostræ coniugem, quæ suatiuer auis huius garritatit, dum aduersa super affligebatur valetudine, recreabatur. Hanc *Perraque*, & si minor paulo sit etiam *Parraching* vulgo, nominant. Non sum tamen hec si, maximos illos versicolores, & bicubitales ob vocis sonum, quem plerūque edunt, ab alijs quoque *Perraque*, appellari. Nolo hic omnia ex *Aldronando* repetrere. Hoc saltem in minore itali *Psittaco de torque* miniacco monebo. *A rostro* (quod superne rubet, inferne è xanthro nigritas) sub mento linea ducitur deorsum ruga ad pectoris cu^mque initium, quæ virinç ad collis latera abiit, donec cum circula seu torque illa miniacco, qui posterior em cernicem & collum cingit ad latera coeat. Loquitur psittacus hic totus viridis, non paucas voculas hominum sermonis. Clasicci, seu tubz militaris clangorem, sed & canem latratū, eulatu seletu articulatissime imitantur. Puellarum, puerorumq; aspectu & præsentia mirè afficitur & delectatur.

Atque hæc de forma satis videri queant. Neque enim ego tot nunc Romæ species, quot *Aldrovandus* aliquando vidit, obseruare potui; quæ in toto *Pisauræ* corum genere adeò variant, si colores & magnitudinem præcipue inspicias, ut is dicat *divitias* plane esse, omnes pennæ exprimere. Ned penicillo potius delineandos fore. Visus mihi tamen etiam mille fuit, quem idem *Ornithologia* lib. II. cap. 10. describit, à se *cinerem*, sive *subceratum* appellatum, misus in sella.

*... et non minor; quare recte Bellum
nium fallsum fuisse Aldrovandi notant, dum si cinereos coniuncti maximos
putauit. Rostrum huic nigrum, lingua valde crassa ad brevis: Pipilla oculi
lorum nigerrima, Iris lutea, oculi caerulei. Oculos areæ largior candida. Testis corporis
color est cinereus, vertex tamen albicans, & veter dilatioris quam dorsum, est coloris.
Et subi Cauda quæ pulcherrimi cinabri est coloris, brachiorum obstante
accipitrem portius, hinc Piscatorum*

cam deformiter excrevit, ut supra de *Petrus Scaliger* coniugere batur, scilicet pro reliqui proportione corporis iustitiae suis est magnitudinis. Hanc alio numeri illustrissima Domina *Constantia Gonzaga*, *Afdrubala Marchesi* Marchionis coniunctus, quem ex Germania duxo sibi misum, à *Gaudenio Malatitio* acceptaverat. Vnde adhuc *Germanici* aliquid callet sermonis, & non paucas hic quoque Italiatas voculas addidicit.

*admiratione non raro loquacem & ludentem conspexi; apud Baldatinum Breyel Antwerpensem morum honestissimorum & suauissimorum virum, qui negotia & mercaturam Romæ agit, amicum ingenio haud vulgariter. Non quod hic penitentiam pulchritudine, priusq[ue] à me descripsos vel supereret, vel aequaliter. Petracos, sed quod mores, ingenium & loqua ferme humana, huic insint. Hunc esse, cum existimo, quem *Aldrovandus* citato libro cap. 5. depingit, & *Philanax* vobat *viridem alarum costam*.*

Maior hic est quam modo dictus Cinerus, quare pallastrum etiam anniequam corpulentius vincit. Totus serè est viridis, absque minilaceo collis torqueat caput, & prior inferiorq. colli pars plbiliter lauens. Rostri eiuspis albicatae, ni-

grecit tamen versus narium foramina quæ capiti valde sunt vicina. Oculi pupilla similiter nigra, sed iris aurantij est coloris. Oculos circulus ambic albus exiguis. Venter dilutiore viridante, quam dorsum, & ale, est colore. In aliis hoc singulariter eminet. Quod in his nempe costa illæ, vbi hærent pectori, & vbi dorso sunt contigua, rubellæ florent plumulae. Maiores etiam & remiges pennæ carundem, atropurpureæ, circa finem micant. Cauda præterea triplici colore interstringitur. Vbi enim podici hæret, cinabrinus; paulo inferius luteolus, & in extremis pennarum viridis, per transuersum cernuntur colores. Veruntamen hæc exactè haudquaquam videntur, nisi auis hæc alas explicet, caudamq; di-

Videtur hu-
manum ser-
monem nō
callere mo-
do, sed etia
intelligi-
re.

Sermo &
intellexus
hominibus
propria.

Historie
doceat,
hunc psittacum
ali-
quid intel-
ligere.

Alio exem-
pio proba-
tur quod
ad hunc
autem
adhibet
alio quod
authoris
cogitare.

Et adhuc
alio quod
authoris
cogitare.

111 Sed hæc omnia levia & exilia adhuc sunt, prætul Cantilenas modulatori integras

stentam surrigat. Hoc autem facere a solet humanum, quasi a secura sensum, quando ipsi palpus obtruditur. O' quām pulcher est noster, hic psittacus. Et sponsus idque lingua Belgica. Tunc enim alas distendit, caudam dilatat, collum torquet, deambulando conspicendum se præberet, ac veluti cristas præ gaudio attollens, & nescio quæ secum immurmurans, laudatori applaudit, atque de sua sibi formam mirè graculatur.

Sed quid dicturus fueras, si mecum sepiuscule vidisses, audissesq; quæ modò subiungam? An non summam Creatoris nostri sapientiam, & omnipotenciam laudasses, & admiratus es, qui etiam in aue hac umbram quandam intellectus humani, diuinitatis nempe suæ radium illucere voluerit, humanum sermonem, inquam, & rationalem quandam ingenij sagacitatem, quæ duo nos à bestijs omnibus longa intercapidine distinguunt.

Loquitur autem hic Psittacus tam articulatè Belgicum sermonem, ut etiam superioris Germanie incola aliquis, hunc facile (quod ipsi tamen difficile est, si Belgæ properanter, vt solent, loqui audiat) intelligat. Et quod mirum magis est, auis ipsa loquètes intelligere, & ad rhombum respondere videntur. Cum enim hoc ipso quo hæc scribo, manè, ex Balduni familiaribus quidam aueni hanc me præcente increpat, vrgeret, & virgula lignea, nisi cantillaret, minaretur, respondit auis, Relinquas me, iam iam scilicet cantatura sum, dicere volebat. Has enim voces ingeminabat, lat my gan, ter sunt, ter sunt, quod idem est, quod iam latine expressi. Audiri hæc & penè præ admiratione non obrigui.

Eiusdem farina & hoc sit. Cum nuperrimè puerum quandam, qui insen- stra Psittacum huc stantem, è platea ad loquendum provocabar, in cubiculum vbi auis morabatur, accerseremus: Sept. V. vii kom. ait, psittacus, hoc est, gratus sit aduentus vester. Et cum per quadrantem horæ, puer illo tempore deriuisset, & abire simularet, V. vaer gaed ghy, ait auis, id est, quo abiuri est? Cum postmodum ad caueam eius digito pullasset. V. vrye clops daer? hoc est, que hic pulsat, interrogabat.

Hæc plures mecum Belgæ & Leodienses, qui tunc aderant & audiuerunt omnia, & obstupuerunt, & in aliis hac præter brutam naturam, aliquid simul excellentius inesse debere, affirmarunt. Ego quoq; cum ipsi caput subinde scalperem, quod facile patiebatur, ob pruritum forsan, quem ibi percipiebat, appositissimè mihi dixit, crav, crav, hoc est scalpe, scalpe.

Sed hæc omnia levia & exilia adhuc sunt, prætul Cantilenas modulatori integras

tegras, deprimit & exaltat vocem, veluti musicalibus characteribus mox easdem expressas dabo. Cachinnū tam verum variumq; sustollit, vt si uem haud videas, certissimè hominem esse, qui rideat, iutes, cum ipsa quoque longe absentem audias. Tuba sonitum & ipsum diuersis exprimit modulis. Peregrinatum, qui ex S. Iacobi in Galitia itinere reduces cantando stipem colligunt, eanteus modulationem artificiosè imitatur. Multis mirisq; modis canum latratus effingit, gallinas in placis spatiantes cum videt, certa voce conuocat.

Dumquæ sua solus secum spatiatur in aedes.

Nescio, quæ tacite modo murmuraret, garriat, rideat, & quasi cum altero loqui, loquentem audire, & audientem interrogare videatur.

Ast hoc pulchrum magis iucundumq; auditu est. Auis cum famet, & herus prandet, mirum quibus illi bladitijs se insinuet. Matrē ac seruam tunc implorat, vt aliquam saltē ex ferculis bucellam milero Papagallo (sic se ipsum nominat) præbeant, vel offam ex pane & vino, quam vocat Vvinuppe, ingerant, & hac omnia lingua Belgica petit. Solet tamen iam etiam Italicum addiscere sua sponte idioma, ab illis præsertim, qui Romam perambulando, & ad eis ipsius pertransfundo, quavis venditant virtus, & suo quilibet nomine proclamat. Itaque expressis nunc clamat verbis Sal bianco, Finochio & similia.

Mirabatur & rectè quidem, olim Plinius Luscinie cantum, tantam in tam paruo corpulculo vocem nimirum, tam pertinacem spiritu, ita pullo in gutture tam varios sonos, plenum, grauem, acutum, crebrum, extremum, vibrantem, concisum, inflexum, contortum. Deinde in una, inquit, perfecta musica sentia, modularis editur sonus. Et licet artis esse, dicat, cum plures singulis luscinis for cantus, nec idem omnibus, sed sui cuiq;. Breusterq; reperiantur omnia tam parvula in fauibus, qua tot exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitauit. Habet tamen luscinia à primis suis exordijs, propriam & vocis dispositionem, & abique hominis disciplina canit. Atque vel sola natura ducente, vel matre docente, tam aptè cantillat, quod meditata est, & cantillando se ipsam emendat ac perficit. Ast quid hæc habent miraculi, si cum psittaci nostri canile. Sed psittacini comparentur? Quandoquidem haec non ab alia aue, sed ab hominibus ex cogitatæ sunt variae varijs, & musicalibus hic notis quoque designata. Has igit; arte habent nunc subiungo.

